Quelle:
Copyright:



Leverpurn

Cod. CCXLV.

Chartac: Fol: Soec: 15.

B 2.2.

Missale Romanum.

Missale Romanum. In Calendario die 27 Julii legitur festum Perchtoldi Abbatis in Gersten; et in folio quodam circa finem Codicis annus 1489. Sed haec manum recentiorem produnt.

Cod. CCXLVI.

Chartac: Fol: Soec: 15.

B 2.3.

S. Gregorii M. libri IV dialog.

S. Gregorii M. libri IV. dialogorum. Initium est: "Quodam die dum adhuc nimijs quo-
" rundam secularium tumultibus depres-
" sus." Extant in novissima Benedictino-
" rum editione Parisina, Tomo II. Id codi-
" cem nostrum commendat, quod in eo eti-
" am contineantur libri tertii capita (scil. 26 – 32.) quae in antiquis editionibus de-
sunt, quaeque supplevit Henr: Canisius in Lection: antiq: edit: Basnagii T. II. p. 89. In fine codicis legitur: "Explicit liber quar-
" tus dialogorum Beati Gregorij pape anno
" domini M°. quadringentesimo undecimo
" in die Sanctorum Martirum Nazarij et Cel-
" si per Manus cujusdam Monachi Cisterciensis.
" Qui pensat quanto scriptura constat labore
" Scriptorem tanto majori tractat honore.
" Ego Johannes Rumph de Weytra comparavi
" hunc librum pro tunc temporis cooperator
" divinorum in czbetl pat: dioec. M. CCCC XI.

f. 106r